



MAthias Aquisgrani natus et educatus à pueris operam literis dedit, & prima artium fundamenta in patria feliciter iecit. Postea sese ad Coloniensem Academiam contulit, & S. Theologiæ diligentem operam nauauit, ita ut etiam in ea facultate Licentiatus constitueretur. Cum hoc modo egregiè profecisset, in Mōtano gymnasio professor sacrarum literarum constitutus fuit. Eam functionem is magna dexteritate obiuit, atq; ob eruditionem & facundiam omnibus innotuit. Cū autem eo tempore Hermannus Coloniensis p̄sul Bucerum Bonnam uocasset, atque religionis mutationem instituere uideretur, hic Mathias se-

te hisce eius conatibus opposuit, atq; deinde 1553 libro edito Buceri doctrinā reprehendit, et Catholicorum religionem multis argumentis defendit. Vnde suis conatibus omnibus innotuit, & sibi magnam nominis existimationem conciliauit. Anon.